WIADOMOŚCI DIECEZJALNE

ORGAN URZĘDOWY ŚLĄSKIEJ KURJI BISKUPIEJ

ROK I **KATOWICE, dnia 1. grudnia 1925** **NR. 1**

1. BULLA „VIXDUM POLONIAE UNITAS"

DITIONIS POLONICAE
DE NOVA DIOECESIUM LATINI RITUS CIRCUMSCRIPTIONE
PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Vixdum Poloniae unitas, post diuturnam catholicae illius Nationis sub diversis regiminibus divisionem, mirabiliter, divina Providentia opem largiente, restituta est, statim neccessitas omnibus apparuit nedum civiles sed etiam potissimum religiosas res ibidem ordinandi.

Id sane primum omnium postulabat ut sollicita haberetur cura de finibus dioecesanis rite praefiniendis itemque ad nova Reipublicae confinia coaptandis. Itaque, expletis feliciter cum eiusdem Reipublicae rectoribus hac super re opportunis negotiationibus, novae latinarum dioecesium circumscriptioni provisum est in sollemni Conventione, quae nuper inter Sanctam Sedem et praedictam Rempublicam inita est, summopere laetantibus Nobis, qui nobilissimae illius Nationis et calamitatum belli et gaudii resurrectionis testes ac participes fueramus.

Porro, ut ea quae de iisdem circumscriptionibus conventa sunt, ad exitum deducantur, Nos, ex Apostolicae potestatis plenitudine ac certa scientia, decernimus:

Latini ritus Hierarchia in Polonia in posterum quinque provinciis ecclesiasticis constabit, videlicet: I. Gnesnensi et Posnaniensi, II. Varsaviensi, III. Vilnensi, IV. Leopoliensi, V. Cracoviensi.

I. Provincia vero Gnesnensis et Posnaniensis constituetur Ecclesiis metropolitana Gnesnensi et Posnaniensi, nec non suffraganeis dioecesibus Culmensi et Vladislaviensi.

Archidioecesis autem Gnesnensis, cuius metropolitana ecclesia sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis in urbe Gniezno, in palatinatu Poznań, sita est, sequentes amplectetur decanatus: Gnesnensem, Bydgostiensem urbanum, Bydgostiensem suburbanum, Czerminensem, Gniewkoviensem, Janowiecensem, Jarocinensem, Juniowladislaviensem, Kcynensem, Kruszwicensem, Łeknensem, Łobżenicensem, Miłosłaviensem, Naklensem, Pleszewiensem, Pobiedziscensem, Powidzensem, Rogowiensem, Trzemesznensem, Wrzesnensem, Znenensem.

Ad archidioecesim dein Posnaniensem, quae ecclesiam archicathedralem sub titulo Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli in urbe Poznań, in palatinatu Poznań, habet, pertinebunt decanatus Posnaniensis, Borcensis, Bralinensis, Bukowiensis, Czarnkowiensis, Gostynensis, Grodziscensis, Jutrosinensis, Kępnensis, Kostensis, Kostrzynensis, Koźminensis, Krobiensis, Krotoszynensis, Lesznensis, Lwowecensis, Neomestensis, Obornicensis, Ołobocensis, Ostrowiensis, Ostrzeszowiensis, Rogożnensis, Smiglensis, Sremensis, Srodensis, Stęszowiensis, Szamotulensis, Wronecensis, Zbąszynensis. Fines autem occidentales et australes huius archidioecesis contingent fines politicos inter Rempublicam Polonicam et Rempublicam Germanicam.

Memoratae suffraganeae dioecesi Culmensi, cum ecclesia cathedrali sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis in civitate Pelplin, in palatinatu Pomorze, assignabuntur decanatus: Brodnicensis, Culmensis, Chełmżensis, Chojnicensis, Fordonensis, Gniewensis, Gołubiensis, Górznensis, Kamieniensis, Łasinensis, Lidzbarkiensis, Lubawensis, Mirachowiensis, Nowensis, Nowomiastensis, Puckensis, Radzynensis, Starogardensis, Swiecensis, Tczewiensis, Toruniensis, Tucholensis, Wąbrzeznensis, Żukowiensis. Eius fines pertingent usque ad limites politicos inter Rempublicam Polonorum et Rempublicam Germanorum (Borussiam occidentalem et orientalem), et territorium liberae civitatis Gedanensis.

Dioecesi vero Vladislaviensi, cum ecclesia catedrali sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis in urbe Włocławek, in palatinatu Warszawa, attribuentur dacanatus: Vladislaviensis (excepta

Biblioteka Śląska
X 122463
219914 III
nr 1-14
R. 1 1925-1926

paroecia Duninowo), Brestensis, Chodecensis, Nieszawiensis, Piotrkowiensis, Radziejowiensis, Calissiensis, Koźminecensis, Stawiszynensis, Stawensis, Izbicensis, Kolensis, Koninensis, Tuliszkowiensis, Sieradziensis, Szadkowiensis, Wartensis, Złoczowiensis, Słupcensis, Zagórowiensis, Turcensis, Uniejowiensis (absque paroeciis Bałdrzychów et Wartkowice) et Kłodawensis. Insuper paroeciae: Bobrowniki, Chełmca Wielka, Ciechocin, Czernikovo, Dobrzejewice, Działyń, Grochowalsk, Karnkowo, Kikol, Lipno, Łążyn, Mazowsze, Nowogród, Osiek, nad Wisłą, Ostrowite, Szpetal Górny, Sumino, Wielgie, Wola, Zaduszniki.

II. Alterius provinciae ecclesiasticae Metropolitana esto Varsaviensis, cum ecclesia cathedrali sub titulo Decollationis S. Ioannis Baptistae in urbe Warszawa. Eidem tribuantur, decanatus: Varsaviensis urbanus, Varsaviensis extraurbanus, Pragensis, Białensis, Goszczynensis, Górno-Kalwariensis, Grodziscensis, Grójecensis, Jadowiensis (demptis paroecia Kamionna et pago Szynkarzysna-Czaplowizna), Kałuszynensis (absque paroecis Czerwonka, Oleksin, Wiśniew et Wierzbno), Kutnensis, Łoviciensis (exclusis pagis Antoniew et Dąbrowa), Minscensis, Mszczonowiensis, Radzyminensis cum pago Młynarze, Rawensis, Skierniewicensis, Sochaczewiensis.

Huic metropolitanae Ecclesiae suffragabuntur dioceses: Płocensis, Sandomiriensis, Lublinensis, Siedlcensis seu Podlachiensis et Łodziensis.

Płocensis, cum ecclesia Basilica cathedrali sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis in urbe Płock, in palatinatu Warszawa, hisce decanatibus constituetur: Płocensi, Ciechanowiensi, Makowiensi, Mławensi, Nasielcensi, Przasnensi, Płońscensi, Pultowiensi, Raciążensi, Rypinensi, Sierpcensi, Wyszkowiensi (excepto pago Młynarze), Wyszogrodensi, Żurominensi, Gostyniensi, insuper paroeciis: Chrostkowo, Dobrzyń nad Wisłą, Dobrzyń nad Drwęcą, Dulsk, Mokowo, Skępe, Tłuchowo, Duninowo.

Sedes Sandomiriensis, cum ecclesia cathedrali sub titulo Nativitatis Beatae Mariae Virginis in urbe Sandomierz, in palatinatu Kielce, hos habebit decanatus: Sandomiriensem, Koprzywnicensem, Staszowiensem, Zawichostensem, Opatowiensem, Kunoviensem, Słupiensem (demptis paroeciis Bieliny, Cisów, Ociesęki, necnon pagis Lechów et Orłowiny e paroecia Łagów, itemque pago Drogowle e paroecia Raków), Wąchocensem, Iłżensem, Solesensem, Zwolensem, Kozienicensem, Radomensem, Jedlińscensem, Potworowiensem, Opoczynensem, Skrzynniensem, Żarnowiensem, Konecensem, Radoszycensem. Insuper habebit paroecias: Koniemłoty, Kotuszów, Kurozwęki, Beszowa, Szczebrzusz, Suchedniów; item pagos: e paroecia Mniów: Podchyby et Zaborowice; e paroecia Grzymałków: Borki (idest communitatem Miedzierza), Gliniany Las, Huta, Jarząb, Kługo, Lisie Jamy, Muszczan, Ostre Górki, Sałata, Sośninna, Stanowiska, Zastawie, Zazdrość.

Lublinensis dioecesis, cum ecclesia cathedrali sub titulo S. Ioannis Baptistae et St. Ioannis Apostoli et Evangelistae in Urbe Lublin, in palatinatu Lublin, hos connumerabit decanatus: Lublinensem, Bełżycensem, Biłgorajensem, Biskupicensem, Chełmensem (excepta paroecia Hańsk), Hrubieszowiensem, Janowiensem, Kraśnicensem, Krasnostawiensem, Kurowiensem, Lubartowiensem, Łęcznensem, Opolensem, Puławiensem, Szczebrzeszynensem, Tarnogrodensem, Tomaszowiensem, Turobinensem, Tyszowcensem, Zaklikowiensem, Zamoscensem. Insuper habebit paroecias: Brzeźnica Bychawska, Brzeźnica Książęca, Ruda-Huta, Świerszczów; item pagos: Łukowiec, Krzywda-kolonja, Kolonja Wola Skromowska vel Bykowszczyzna, Wólka Rozwadowska, Karolina, Giżyce-wieś, Giżyce-kolonja, Łuszawa-wieś, Kolonja Żurawieniec vel Piaski, Żurawieniec-wieś.

Ad Siedlcensem seu Podlachiensem dioecesim, cum ecclesia cathedrali sub titulo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, in civitate Siedlce, in palatinatu Lublin, spectabunt decanatus: Siedlcensis ad Beatam Mariam Virginem, Siedlcensis ad St. Stanislaum Ep. M., Białensis, Garwolinensis, Janowiensis, Łaskarzewiensis, Łosicensis, Łukowiensis (exceptis pagis Łukowiec, Krzywda-kolonja, Kolonja Wola Skromowska vel Bykowszczyzna, Wólka Rozwadowska, Karolina, Giżyce-wieś, Giżyce-kolonja, Łuszawa-wieś, Kolonja Żórawieniec vel Piaski, Zórowienica Bychawska et Brzeźnica Książęca), Radzyniensis, Sokołowiensis, Sterdyniensis, Stężycensis, Włodawensis (exceptis paroeciis: Swierszczów et Ruda-Huta), Węgrowiensis, Wisznicensis, Zelechowiensis. Insuper ad eamden dioecesim pertinebunt paroeciae: Hańsk, Kamiona, Czerwonka, Wiśniew, Oleksin, Wierzbno, necnon pagus Szynkarzyzna-Czaplowizna.

Tandem ad sedem Łodziensem, cum ecclesia cathedrali sub tituto S. Stanislai Kostka C., in urbe Łódź, in palatinatu Łódź, pertinebunt decanatus: Łodziensis, Zgierzensis, Brzezinensis, Lanciciensis, Tomaszowiensis, Bełchatowiensis (excepta paroecia Grzymalina Wola), Petricowiensis, Tuszynensis, Lascensis, Pabjanicensis, Widawensis, Poddebicensis Ozorkowiensis; item paroeciae Bałdrzychów, Wartkowice atque pagi Antoniew et Dąbrowa.

Praeterea illud generatim decernitur quod, ubicumque in ditione Polonica, Vistula flumen constituit limitem inter dioeceses, delimitet etiam, uti obvium est, eas paroecias, quarum territorium, licet adhuc canonice indivisum, tamen per idem flumen disiungitur, ita ut in posterum una pars divisae paroeciae ad unam, altera ad alteram dioecesim pertineat. Pagi vero si qui sint in insulis fluminis siti, ad illas dioecesas pertinebunt, ad quas iam nunc spectant.

III. Tertia ecclesiastica provincia Vilnensis nuncupabitur, quae proinde constabit sede metropolitana Vilnensi, nec non suffraganeis Łomżensi et Pinskensi.

Archidioecesis Vilnensis, cum metropolitana Basilica sub titulo S. Stanislai E. M. et S. Vladislai R. C. in urbe Wilno, in palatinatu Wilno, complectetur decanatus: Wilnensem in urbe et extra urbem; Bialystocensem, Brzostovicensem, Dąbrovensem, Głębocensem, Grodnensem, Knyszynensem, Lidensem, Łunnensem, Miorensem, Nadvilejcensem, Oszmianensem, Radunensem, Słonimensem (exceptis paroe-

ciis Różanna, Kossów, Iwacewicze), Sokolcensem, Swircnsem, Wilejcensem, Visznieviensem (exceptis paroeciis Derewna et Naliboki); Wołkowscensem, Wasiliszkiensem, Bieniakoniensiem. Insuper habebit decanatus: Vilnensem in districtu, Święcianensem, Trocensem, Brasłaviensem, quantum isti decanatus in territorio polono extenduntur. Item conplectetur parochias: Raków, Dubrowy, Dokszyce et Zaszceśle. Tandem omnes alias paroecias vel quascumque paroeciarum partes, quae, quamvis sub memoratis decanatibus non reperiantur, tamen ambitu territorii poloni in eadem regione continentur.

Dioecesis Łomżensis, cum cathedrali ecclesia sub titulo S. Michaelis Archangeli in civitate Łomża in palatinatu Białystok, habebit decanatus: Łomżensem, Augustoviensem, Jedwabnensem, Kolnensem, Sejnensem, Śniadowiensem, Sokołowiensem, Suwalcensem, Szczuczynensem, Teolinensem, Wąsoszenensem, Wysoko-Mazowiecensem, Ostrołęcensem, Ostrowensem, Czyżewiensem. Fines septentrionales dioecesis contingent fines politicos inter Rempublicam Poloniae et Rempublicam Lituaniae.

Dioecesis Pinskensis, cum ecclesia cathedrali sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis in civitate Pińsk, in palatinatu Polessiae, constituetur decanatibus: Stołpcensi, Nowogródensi, Baranovisensi, Nesvisiensi, Stołowicensi, Pinscensi, Łuniniecensi, Lachovicensi, Bielscensi, Brestensi, Drohiczynensi, Kobrynensi, Brańscensi, Prużanensi; ac insuper paroeciis Różanna, Kossów, Iwacewicze, Iwieniec S. Michaelis Archangeli, Iwieniec S. Alexii, Kamień, Wołma, Pierszaje, Chotowo, Pralniki, Naliboki, Derewna. Fines orientales dioecesis attingent fines politicos inter Rempublicam Poloniae et Rempublicam Russiae.

IV. Quarta provincia, Leopoliensis erit; ad eam pertinebunt metropolitana Leopoliensis cum suffraganeis dioecesibus Premisliensi et Luceoriensi.

Archidioecesis Leopoliensis, cum ecclesia Basilica metropolitana sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis, continebit decanatus: Leopoliensem in urbe, Leopoliensem extra urbem, Bełzensem, Borszczowiensem, Brodensem, Brzeżanensem, Buczaczensem, Czortkowiensem, Dolinensem, Glinianensem, Grodecensem, Horodencensem, Jazłowiecensem, Kąkolnicensem, Kołomyjensem, Lubaczowiensem, Podhajcensem, Skałatensem, Stanislaopoliensem, Stryjensem, Swiżensem, Szczerzecensem, Tarnopoliensem, Trębowlensem, Złoczowiensem, Żółkiewiensem. Fines politici Reipublicae Poloniae cum Regno Romaniae constituent fines, hac in parte, archidioecesis.

Dioecesi Premisliensi, cum ecclesia cathedrali sub titulo Beatae Mariae Virginis et. S. Ioannis Baptistae in Urbe Przemyśl, in palatinatu Lwów, attribuentur decanatus: Premisliensis urbanus, Premisliensis extraurbanus, Brzostecensis (exceptis paroeciis Jodłowa et Przeczyca), Brzozowiensis, Dobromilensis, Drohobycensis, Duklensis, Dynowiensis, Głogowiensis (absque paroecia Sędziszów et expositura Będziemyśl), Jaćmierensis, Jarosławiensis, Jasłensis, Jaworowiensis, Krosnowiensis, Lescowiensis, Leżajscensis, Łańcucensis, Mościscensis, Pruchnicensis, Przeworscensis, Rzeszowiensis, Rudecensis, Rymanoviensis, Samboriensis, Sanocensis, Sokołowiensis, Strzyżowiensis, Tyczynensis, Wiszniensis, Żmigrodensis, Miechocinensis, Rudnicensis; insuper paroeciae Swięcany, Pstrągowa.

Dioecesis Luceoriensis cum cathedrali ecclesia sub titulo Ssmae Trinitatis et SS. Apostolorum Petri et Pauli in civitate Łuck, in palatinatu Wołyń, amplectetur decanatus: Luceoriensem, Cremenecensem, Dubnensem, Horochowiensem, Korzecensem, Kostopolensem, Kowelensem, Ostrogensem, Równensem, Sarnensem, Vladimiriensem. Fines orientales dioecesis convenient cum finibus politicis inter Rempublicam Poloniae et Rempublicam Russiae.

V. Demum quinta Provincia ecclesiastica, quae Cracoviensis appellabitur, ita erit consituta: Sede Cracoviensi, uti Metropolitana, et dioecesibus Tarnoviensi, Kielcensi, Częstochoviensi et Katovicensi, uti suffraganeis.

Ad Cracoviensem archidioecesim, cum ecclesia Basilica metropolitana sub titulo S. Wenceslai M. in urbe Kraków, in palatinatu Kraków, spectabunt decanatus: Cracoviensis urbanus primus, Cracoviensis urbanus secundus, Bolechowicensis, Czernichowiensis, Novi-Montis (excepto pago Chełmek), Białensis, Lanckoronensis, Makowiensis, Myślenicensis, Neoforensis, Niepołomicensis, Oświęcimensis, Skawinensis, Suchensis, Wadowicensis, Wielicensis, Zatoriensis, Żywiecensis, Orawiensis, Szepusiensis. Insuper paroeciae: Pobiednik Mały, Igołomia, Wawrzeńczyce, Olszówka, Mszana Dolna, Kasina Wielka, Niedźwiedź, Gorenice Racławice, Biały Kościół, Korzkiew, Biórków (absque pagis Skrzeszowice et Lososkowice), Więcławice, Luborzyca. Itemque expositurae: Kasina Mała, Lubomierz. Fines australes dioecesis patebunt usque ad fines politicos inter Rempublicam Poloniae et Rempublicam Cecoslovachiae.

Dioecesis Tarnoviensis, cum ecclesia cathedrali sub titulo Nativitatis Beatae Mariae Virginis in civitate Tarnów, in palatinatu Kraków, hos habebit decanatus: Bobowensem, Bochniensem, Brzeskiensem, Czechowiensem, Dąbrowensem, Kolbuszowensem, Limanowensem, Łącensem, Mielecensem, Neosandecensem, Pilznensem, Radłowensem, Radomyślensem, Ropczycensem, Tarnoviensem, Tuchowiensem, Tymbarkensem (absque paroeciis: Olszówka, Mszana Dolna, Niedźwiedź, Kasina Wielka, et exceptis exposituris: Lubomirz et Kasina Mała), Veterosandecensem, Wielopolensem (excepta paroecia Pstrągowa), Wojnicensem, Biecensem, Rzepnicensem, Ołpinensem (excepta paroecia Święcany). Item paroecias: Jodłowa, Przeczyca, Sędziszów, atque expondituram Będziemyśl.

Dioecesis Kielcensis, cum ecclesia cathedrali sub titulo Assumptionis Beatae Mariae Virginis et S. Constantini C. in urbe Kielce, in palatinatu Kielce, connumerabit decanatus: Kielcensem, Stopnicensem (dempta paroecia Koniemłoty), Chmielnicensem (absque paroecia Kotuszów et Kuroswęki), Pacanowiensem (exceptis paroeciis Beszowa et Szczebrzusz), Pinczowiensem, Kazimiriensem, Książnicensem, Skalbmiriensem, Miechowiensem, Proszowicensem (demptis paroeciis Pobiednik Mały, Igołomia et Wawrzeńczyce), Prandocinensem, Luborzy-

censem (exceptis paroeciis Biórków, Więcławice et Luborzyca), Olkusiensem (exclusis paroeciis Gorenice et Racławice), Zazdroziensem (exceptis paroeciis Biały Kościół et Korzkiew), Pilicensem, Włoszczowiensem, Irządzensem, Szczekocinensem, Andreowiensem, Małogoszczensem, Sędziszowiensem, Bodzentyniensem. Item habebit paroecias: Koniecpol, Strawczyn, Piekoszów, Chełmce, Ćmińsko, Tulmin, Zagnańsk, Łączana, Bieliny, Cisów, Ociesęki; paroeciam Grzymałków, complectentem loca: Borki, Czarny Las, Lipiny, Grzymałków, Kuźniaki, Lasek-Nowek, Leśniówka, Małmuszyn, Mokry-Bór, Pałęgi, Piaski, Podłysów, Skoki, Stachura, Wólka; necnon communitates Miedzierza, Mniów, Snochowice; atque demum paroeciam Mniów (exceptis pagis Podchyby et Zaborowice) atque pagos: Lechów, Drogowle, Orłowiny, Skrzeszowice et Lososkowice.

Dioecesis Częstochoviensis, cum cathedrali ecclesia sub titulo S. Familiae Iesus, Mariae, Ioseph in urbe Częstochowa, comprehendet decanatus: Częstochoviensem, Kłobucensem, Mstowiensem, Brzeźnicensem, Gidlensem (excepta paroecia Koniecpol), Radomskowiensem, Gorzkowiensem, Będzinensem, Zawiercinensem, Żarcensem, Sączowiensem, Bolesławiecensem, Praszkowiensem, Wieluneusem, Wieruszowiensem; insuper paroeciam Grzymalina Wola.

Tandem dioecesis Katowicensis, cum cathedral Ecclesia sub titulo SS. Apostolorum Petri et Pauli in civitate Katowice, in palatinatu Śląsk seu Katowice decanatus habebit: Dębiensem, Katowicensem, Huta Królewensem, Lubliniecensem, Mikołowiensem, Mysłowicensem, Piekarensem, Pszczynensem, Pszowiensem, Rudensem, Rybnicensem, Tarnogórensem, Wodzisławiensem, Żorensem, Bielscensem, Strumiensem, Skoczowiensem, Cieszynensem: item pagum Chełmek. Fines occidentales et australes dioecesis contingent fines politicos inter Rempublicam Poloniae atque RespublicasGermaniae et Cecoslovachiae.

Quod attinet ad praefatarum Ecclesiarum administrationem et regimen, ad Vicarii Capitularis sede vacante electionem, ad Capituli cathedralis erectionem, ad Seminariorum institutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda statuimus, quae sacri canones decernunt.

Quod vero ad clerum in particulari spectat, iubemus ut, statim ac huius Constitutionis exsecutio facta fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur, in cuius territorio legitime degunt.

Tandem omnia documenta et acta novas dioeceses, earum clericos et fideles respicientia, quam primum fieri poterit, ad eam dioecesim transmittantur ad quam, iuxta praedicta, iidem pertinebunt.

Quae autem hisce Litteris, Apostolica auctoritate, a Nobis decreta sunt, nulli hominum, nullo umquam tempore, infringere, aut iis repugnare, vel quomodolibet contraire liceat. Si quis, quod Deus avertat, hoc attentare praesumpserit, sciat obnoxium se evasurum esse poenis a sacris canonibus contra obsistentes exercitio ecclesiasticae iuridictionis statutis.

Ad haec omnia autem exsecutioni mandanda deputamus venerabilem fratrem Laurentium Lauri, Nuntium Apostolicum in Polonia, eidem tribuentes facultatem ad id necessarias et opportunas, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere infra sex menses mittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae executionis.

Decernimus denique has praesentes Litteras valituras, contrariis quibuslibet, etiam peculiari et expressa mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto, die festo Sanctorum Simonis et Iudae Apostolorum, Pontificatus Nostri anno quarto.

O. CARD. GAGIANO,
S. R. E. Cancellarius.

C. CARD DE LAI, Episc. Sabinen.,
S. C. Consistorialis Secretarius.

JOSEPH WILPERT, *Decanus Coll. Proton. Apostolicorum.*
VINCENTIUS BIANCHI-CAGLIESI, *Protonotarius Apostolicus.*

LOCO † PLUMBI.
Reg. in Canc. Ap.. vol. XXXII, n. 59.

2. Dekret wykonawczy w sprawie diecezji katowickiej.

NUNCIATURA APOSTOLICA
POLONIAE
Nr. 12.005.

Nos
Laurentius Lauri
Archiepiscopus tit. Ephesiensis
Nuntius Apostolicus in Republica Polona

quum novam dioecesum polonarum latini ritus circumscriptionem, quae magis corresponderet mutatis Poloniae politicis conditionibus novisque spiritualibus fidelium necessitatibus, a Ven. Episcopatu Polono tantopere exoptatam, Summus Pontifex P I U S P. P. XI, feliciter regnans, quinto recurrente Eius episcopalis consecrationis faustissimo Anniversario, die 28 mensis elapsi, Sua Apostolica Auctoritate, Apostolicis datis sub plumbo Litteris „VIX DUM POLONIAE UNITAS", solemniter decrevisset atque confirmasset, Nobis benigne eas exequendi facta potestate, perlibenti animo mandatis Summi Pontificis obtemperantes et vigore specialium facultatum ad hunc finem Nobis commissarum DECLARAMUS:

Latini ritus Hierarchia in Polonia quinque provinciis ecclesiasticis constat, videlicet:

I. Gnesnensi et Posnaniensi; II. Varsaviensi; III. Vilnensi; IV. Leopoliensi; V. Cracoviensi.

Provincia CRACOVIENSIS constat Sede Cracoviensi, uti Metropolitana, et dioecesibus Tarnoviensi, Kielcensi, Częstochoviensi et Katovicensi, uti Suffraganeis.

Dioecesis Katovicensis cum cathedrali Ecclesia sub titulo Ss. Apostolorum Petri et Pauli in civitate Katovice, in Palatinatu Śląsk, seu Katovice, decanatus habet:

1. Dębiensem; 2. Katowicensem; 3. Huta-Królewensem; 4. Lubliniecensem; 5. Mikołowiensem; 6. Mysłowicensem; 7. Piekarensem; 8. Pszczynensem; 9. Pszowiensem; 10. Rudensem; 11. Rybnicensem; 12. Tarnogórensem; 13. Wodzisławiensem; 14. Żorensem; 15. Bielscensem; 16. Strumieniensem; 17. Skoczowiensem; 18. Cieszynensem. Item pagum Chełmek.

Quod attinet ad regimen et administrationem dioeceseos, ad Capituli cathedralis erectionem, ad Vicarii Capitularis, sede vacante, electionem, ad seminariorum institutionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, quae sacri canones decernunt, serventur.

Quod vero ad clerum in particulari spectat, statim a data ipsa huius DECRETI, Sacerdotes, illi ecclesiae adscripti censeantur, in cuius territorio legitime degunt.

Haec autem omnia opportuniore qua putabitur ratione, in notitiam adducantur eorum, quos ipsa respiciunt et quatenus eorumdem interesse possint.

Quorum in fidem has litteras sigillo huius Apostolicae Nunciaturae munitas manu nostra subscribimus.

Datum Varsaviae, ex Aedibus Nuntiaturae Apostolicae, die undecima mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo quinto.

L. S.

SAC. CAROLUS CHIARLO
Auditor N. A.

LAURENTIUS LAURI
Archiepiscopus Ephesiens.
Nuncius Apostolicus.

3. Przejęcie jurysdykcji nad Śląskiem Cieszyńskim.

Biskup Śląski
L. 1-25.

Katowice, dnia 17 listopada 1925.

Do Przewielebnego ks. Prałata Kolka,
Protonotarjusza Apostolskiego i Wikarjusza Gen. w Cieszynie.

Na podstawie Bulli papieskiej VIX DUM POLONIAE UNITAS z dnia 28 października 1925 r. Jego Ekscelencja Najprzewielebniejszy ks. Nuncjusz Apostolski Arcybiskup Lauri załączonym w odpisie dekretem wykonawczym z dnia 11. listopada b. r. l. 12005, dokonał erekcji Diecezji Katowickiej, która oprócz dekanatów stanowiących dotychczasową Administrację Apostolską Śląska Polskiego obejmuje także dekanaty: Bielsko, Cieszyn, Skoczów i Strumień. Zarząd nowej Diecezji, która dnia 11. bm. weszła w życie, powierzony został podpisanemu.

Wobec tych faktów pozwalam sobie w porozumieniu ze Stolicą świętą, donieść Waszej Przewielebności, że z dniem jutrzejszym, t. zn. 18 listopada b. r. obejmuję definitywnie jurysdykcję biskupią nad wyliczonymi wyżej dekanatami, które aż do tej chwili podlegały władzy Jego Eminencji Najprzewielebniejszego ks. Biskupa Wrocławskiego Kardynała Bertrama a rządzone były przez Najprzewielebniejszy Wikarjat Generalny w Cieszynie.

Przy tej sposobności uważam sobie za miły obowiązek wyrazić Waszej Przewielebności, jako ustępującemu Wikarjuszowi Generalnemu Cieszyńskiemu, swą najszczerszą podziękę za prace i ofiary poniesione dla tej części mej Diecezji w czasie swego długoletniego urzędowania, nacechowanego zawsze apostolską gorliwością, sumiennością i taktem. I życzę, by Przewielebność Wasza, po wyzdrowieniu z obecnej słabości, pozostał ad multos annos przy najlepszem zdrowiu chlubą zacnego Kleru Śląska Cieszyńskiego i cieszył się in bona senectute zasłużoną czcią i miłością, jako uosobnienie chlubnych tradycyj tamtejszego Kleru.

Przewielebnego ks. Kanclerza Kasperlika zaś upoważniam, by do końca bieżącego miesiąca prowadził kancelację Wikarjatu Generalnego w Cieszynie z prawami, jakie dotychczas miał tamtejszy ks. Wikarjusz Generalny, z wyjątkiem spraw, które należy traktować z Rządem. Dnia 1. grudnia b. r. nastąpi zwinięcie Generalnego Wikarjatu, poczem akta i archiwum przeniesione zostaną do Kurji Biskupiej w Katowicach, w której już stale potem załatwiane będą sprawy kościelne także Cieszyńskiej części Diecezji Katowickiej.

(—) Ks. August Hlond
Śląski Biskup Nominat.

4. De Venerabili Clero Dioecesi Katovicensi incardinato.

Ad mentem Sanctae Sedis declarantur incardinati novae Dioecesi Katovicensi:

1, omnes sacerdotes, qui ad normam iuris Clero exstinctae Administrationis Apostolicae Silesiae Polonicae die 11. Novembris anni currentis definitive adscripti erant,

2. omnes sacerdotes de exstincto Vicariatu Generali Cieszynensi, qui die 11. Novembris incardinati erant Dioecesi Vratislaviensi.

Sacerdotes emeriti vero, in Dioecesi Katovicensi degentes, censendi sunt eidem Dioecesi in-

cardinati, si in eius territorio ultimum suum possederunt beneficium vel officium, et, cum pensionarii effecti sunt, vel Clero Administrationis Apostolicae Silisiae Polonicae, vel (in Vicariatu Generali Cieszynensi) Clero Dioecesis Vratislaviensis adscripti erant.

Reliqui sacerdotes in Dioecesi Katovicensi degentes non sunt Dioecesi incardinati, licet forte in aliquo officio ecclesiastico occupentur.

5. Confirmatio Curiae Episcopalis.

Cum Nobis a Sede Apostolica iam die 11 mensis Novembris nuper decursi regimen Dioecesis Katovicensis delatum sit, priusquam ad novam deveniamus et definitivam nostrae Curiae Episcopalis formationem, ne interruptio in causis expediendis ullum afferat religioni detrimentum, praesentibus A. R. Vicarium Generalem Dom. drem Bromboszcz caeterosque Officiales, qui hucusque Curiae Administrationis Apostolicae Silesiae Polonicae adicti erant, in muneribus eorum cum eisdem facultatibus ut Officiales Nostrae Curiae Episcopalis confirmamus.

Item Consultores Dioecesanos Administrationis Apostolicae in tali officio qua Consultores Dioecesanos Dioecesis Katovicensis confirmamus ea mente, ut in munere suo usque ad Capituli Cathedralis erectionem permaneant. Eorum coetui autem A. R. Dom. Guilelmum Kasperlik, qui hucusque munere Cancellarii Vicariatus Generalis Cieszynensis laudabiliter functus est, adnumeramus.

Datum, die 1. Decembris 1925.

(—) † *Augustus Hlond*
Eppus Katovicensis.

6. Dysmembracja Parafij granicznych.

Terytorjum Diecezji Katowickiej określone zostało Bullą V i x d u m P o l o n i a e U n i t a s w ten sposób, że zachodnie i południowe jej granice biegną wzdłuż politycznej granicy między Rzecząpospolitą Polską a Rzecząpospolitą Niemiecką i Czechosłowacką. Na tej podstawie dekretem wykonawczym J. E. Najprzew. ks. Nuncjusza Apostolskiego z dnia 11. listopada 1925 , którym erygowana została Diecezja Katowicka, zostały definitywnie dysmembrowane owe parafje graniczne, których dotychczasowe terytorjum przecięte było linją graniczną. Tem samem przestały być częścią składową parafij należących do Diecezji Katowickiej owe ich odłamy, które leżą po za granicą Państwa a, co za tem idzie, wygasła zupełnie i ze wszystkiemi następstwami prawnemi juryzdykcja księży Proboszczów Diecezji Katowickiej nad ich dotychczasowymi parafjanami mieszkającymi w Rzeczypospolitej Niemieckiej lub Czechosłowackiej.

Na to zwraca się uwagę interesowanym księżom Proboszczom z wezwaniem, aby się odtąd w pastoryzacji odnosili do swych dotychczasowych parafjan pozostałych za granicą Rzeczypospolitej jako do obcych diecezjan i obcych parafjan.

Wskazuje się jednak na to, że przez dysmembrację parafji granicznych, nie utraciły parafje nasze prawa własności do gruntów, łąk i lasów położonych za granicami diecezjalnemi. Te majątki, beneficjalne czy kościelne, uważać należy w dalszym ciągu jako własność i dotację naszych parafij i trzeba niemi i nadal zarządzać zgodnie z ich dotychczasowem przeznaczeniem. Ich sprzedaż czy zamiana nastąpić może tylko zgodnie z prawem kanonicznem i bez naruszenia interesów kościelnych. Jakiekolwiek pertraktacje w tym kierunku można wszczynać i prowadzić tylko za zgodą Kurji Biskupiej.

7. Zmiany granic parafjalnych.

I.

Biskup Śląski
L. 2790-24.

D e k r e t.

Według bulli papieskiej „Vixdum Poloniae unitas“ z dnia 28 października rb. oraz wykonawczego dekretu Jego Ekscelencji Nuncjusza Stolicy Apostolskiej w Warszawie z dnia 11 listopada r. b. Nr. 12005 równa się zachodnia i południowa granica diecezji Katowickiej całkiem politycznej granicy polsko-niemieckiej i polsko-czechosłowackiej.

Ponieważ wskutek tego gmina Mikoleska odciętą jest od dotychczasowego kościoła parafjalnego w Tworogu, przyłączam ją niniejszem do parafji Jędrysek.

Katowice, dnia 30 listopada 1925 r.

(—) † *August Hlond,*
Biskup Śląski.
(pieczęć)

II.

Biskup Śląski
L. 1289-25.

D e k r e t.

Według bulli papieskiej „Vixdum Poloniae unitas“ z dnia 28 października rb. oraz wykonawczego dekretu Jego Ekscelencji Nuncjusza Stolicy Apostolskiej w Warszawie z dnia 11 listopada r. b. Nr. 12005 równa się zachodnia i południowa granica diecezji Katowickiej całkiem politycznej granicy polsko-niemieckiej i polsko-czechosłowackiej.

Ponieważ wskutek tego katolicy zamieszkali przy ulicy Heleny i Bytomskiej w Szarleju jako też osady Górecko odcięci są od dotychczasowej parafji w Rozbarku, przydzielam ich niniejszem do parafji Piekarskiej.

Katowice, dnia 30 listopada 1925 r.

(—) † *August Hlond,*
Biskup Śląski.
(pieczęć)

III.

Biskup Śląski
L. 2915-24.

Dekret.

Według bulli papieskiej „Vixdum Poloniae unitas“ z dnia 28 października rb. oraz wykonawczego dekretu Jego Ekscelencji Nuncjusza Stolicy Apostolskiej w Warszawie z dnia 11 listopada r. b. Nr. 12005 równa się zachodnia i południowa granica diecezji Katowickiej całkiem politycznej granicy polsko-niemieckiej i polsko-czechosłowackiej.

Ponieważ wskutek tego katolicy osady Carnalsfreude odcięci są od dotychczasowego kościoła parafjalnego Najświętszej Marji Panny w Bytomiu, przydzielam ich niniejszem do parafji w Łagiewnikach.

Katowice, dnia 30 listopada 1925 r.

(—) † *August Hlond*
(pieczęć) Biskup Śląski.

IV.

Biskup Śląski
L. 545-25.

Dekret.

Według bulli papieskiej „Vixdum Poloniae unitas“ z dnia 28 października rb. oraz wykonawczego dekretu Jego Ekscelencji Nuncjusza Stolicy Apostolskiej w Warszawie z dnia 11 listopada r. b. Nr. 12005 równa się zachodnia i południowa granica diecezji Katowickiej całkiem politycznej granicy polsko-niemieckiej i polsko-czechosłowackiej.

Ponieważ wskutek tego katolicy osad Pniowiec i Olszowiec odcięci są od dotychczasowego kościoła parafjalnego w Rudach, przyłączam ich niniejszem do parafji Rybnickiej.

Katowice, dnia 30 listopada 1925 r.

(—) † *August Hlond,*
(pieczęć) Biskup Śląski.

V.

Biskup Śląski
L. 3461-25.

Dekret.

Według bulli papieskiej „Vixdum Poloniae unitas“ z dnia 28 października rb. oraz wykonawczego dekretu Jego Ekscelencji Nuncjusza Stolicy Apostolskiej w Warszawie z dnia 11 listopada r. b. Nr. 12005 równa się zachodnia i południowa granica diecezji Katowickiej całkiem politycznej granicy polsko-niemieckiej i polsko-czechosłowackiej.

Ponieważ wskutek tego katolicy Budzina i Kobyli odcięci są od dotychczasowego kościoła parafjalnego w Markowicach, przyłączam niniejszem Budzin i Kobylę w politycznych ich granicach do parafji w Raszczycach.

Katowice, dnia 30 listopada 1925 r.

(—) † *August Hlond,*
(pieczęć) Biskup Śląski.

VI.

Biskup Śląski
L. 544-25.

Dekret.

Według bulli papieskiej „Vixdum Poloniae unitas“ z dnia 28 października rb. oraz wykonawczego dekretu Jego Ekscelencji Nuncjusza Stolicy Apostolskiej w Warszawie z dnia 11 listopada r. b. Nr. 12005 równa się zachodnia i południowa granica diecezji Katowickiej całkiem politycznej granicy polsko-niemieckiej i polsko-czechosłowackiej.

Ponieważ wskutek tego katolicy Ligoty Tworkowskiej odcięci są od dotychczasowego kościoła parafjalnego w Tworkowie, przyłączam ich niniejszem do parafji Lubomskiej.

Katowice, dnia 30 listopada 1925 r.

(—) † *August Hlond,*
(pieczęć) Biskup Śląski.

VII.

Biskup Śląski
L. IK-25.

Dekret.

Według bulli papieskiej „Vixdum Poloniae unitas“ z dnia 28 października rb. oraz wykonawczego dekretu Jego Ekscelencji Nuncjusza Stolicy Apostolskiej w Warszawie z dnia 11 listopada r. b. Nr. 12005 równa się zachodnia i południowa granica diecezji Katowickiej całkiem politycznej granicy polsko-niemieckiej i polsko-czechosłowackiej.

Ponieważ wskutek tego katolicy pewnej części gminy Raj odcięci są od kościoła parafjalnego w Frysztacie, przyłączam ich niniejszem do parafji w Pogwizdowie.

Katowice, dnia 30 listopada 1925 r.

(—) † *August Hlond,*
(pieczęć) Biskup Śląski.

VIII.

Biskup Śląski
IK-25.

Dekret.

Według bulli papieskiej „Vixdum Poloniae unitas“ z dnia 28 października rb. oraz wykonawczego dekretu Jego Ekscelencji Nuncjusza Stolicy Apostolskiej w Warszawie z dnia 11 listopada r. b. Nr. 12005 równa się zachodnia i południowa granica diecezji Katowickiej całkiem politycznej granicy polsko-niemieckiej i polsko-czechosłowackiej.

Ponieważ wskutek tego katolicy osady Bystra odcięci są od dotychczasowego kościoła w Jabłunkowie, przyłączam ich niniejszem do parafji w Istebnej.

Katowice, dnia 30 listopada 1925 r.

(—) † *August Hlond,*
(pieczęć) Biskup Śląski.

Biskup Śląski
L. 167 K-25.

IX.

Dekret.

Na mocy wykonawczego dekretu Jego Ekscelencji Nuncjusza Stolicy Apostolskiej w Warszawie z dnia 11. listopada rb. Nr. 12005 została odłączona od Archidiecezji Krakowskiej a przyłączona do Diecezji Katowickiej wieś Chełmek, licząca 1311 dusz a należąca dotychczas do parafji w Bobrku.

Niniejszem przydzielam wieś Chełmek w politycznych jej granicach do parafji Chełm, dekanat Mysłowice.

Katowice, dnia 30 listopada 1925 r.

(pieczęć) (—) † *August Hlond*,
Biskup Śląski.

BISKUP ŚLĄSKI

† *August Hlond*

Ks. Emil Szramek
kanclerz.

Księgarnia i Drukarnia Katolicka, Katowice-Załęże, ul. Mickiewicza 46-48.